Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



71

matheus de uinea que locata est agricolis · qui pse cuti sunt
seruos missos ad se · & postea dilectum filium occidere · & eicere
extra uineam · etiam illi ambo non tacent · eodem ordine custodito ·
idem postea quam de baptismo iohannis interrogati iudei se
nescire dixere · & respondit eis · nec ego uobis dico · in qua potestate
hec facio · Hinnus ergo hic repugnantie questio nascitur · nisi
quod mathe cum dixisset quod dnis interrogauerit iudeos · cui
uenerit dnis uinee · quid faciet agricolis illis · illos responduisse
subiungit · atq; dixisse · malos male pdet · & uineam suam locabit
alis agricolis · qui reddant ei fructum temporib suis · quod
marcus non ab ipsis responsum esse commemorat · si dnm hoc
consequenter locutum · p interrogationem suam ipsum sibi
quodammodo responduisse · Ita enim dicit · Quid igitur faciet dnis
uinee · Veniet & pdet colonos · & dabit uineam alis · Si facile
potest intelligi · uel illos uocem ita subiunctam · ut non inter
poneretur illi dixerint aut illi responderint · si tamen intelligeretur ·
aut ideo responsionem istam dno potius attributam · quia
cum uerum dixerint etiam de illis hoc ipse respondit qui ueri
tas est · Si illud magis mouet · quod lucas non solum eos hoc
responduisse non dicit · hec etiam uerba ipse ait; sic mare dno
attribuens · uerum etiam contrariam retulisse responsionem
dicentes · absit · Ita enim narrat · Quid igitur illis faciet dnis uinee ·
Veniet · & pdet colonos istos · & dabit uineam alis · Quo audito
dixerint illi · absit · Ille autem aspiciens eos dixit · Quid igitur hoc qd
scptum est · lapidem quem repbauerint edificantes hic factus est in
caput anguli · Quomodo & secdm matheum illi quibus hec loquebatur
dixerint · malos male pdet · & uineam suam locabit alis agricolis
qui reddant ei fructum temporib suis · cum secdm lucam talib
uerbis contradixerint dicentes · absit · & reuera qd secutus dnis